Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



19

prouerrare patenur. Si uoluntas mala semper suae permit
tenda est libertati. quare monetur pater in scripturis sacris. filium
durum non solum uerbis corripere. sed etiam latere eius tundere.
ut ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur. Unde
item dicit. Tu quidem per cuncta eumuirga. animam autem eius
liberam a morte. Si mala uoluntas semp suae pmittenda est
libertati. quare corripiuntur neglegentes pastores. et dicitur
eis. Errantem non reuocastis. perditam non inquisistis.
et uos oues xpi estis. Caro dterem dominicum postatus in sacramento
quod accepistis. sedemetis et peristis. Non ideo uobis displi
ciamus. quia reuocamus errantes. et quaerimus perditos.
Melius enim facimus uoluntatem dni monentes. ut uos ad eius
ouile redire cogamus. quam consentamus uoluntati ouium
errantium. ut perire uos permittamus. Nolite ergo iam
dicere. quod te assidue audio dicere. Si uolo emere.
si uolo perire. Melius enim nos hoc omnino non pmittamus.
quantum possumus. Modo quod te inputeum ut morereris
misisti. utq: libere uoluntate fecisti. Sed quam crudeles
essent seruidi. si huic mala tua uoluntati tem pmitterent.
et non te de illa morte liberarent. Qui eos non merito occulpare.
qui non impios recte iudicare. Et tamen ut te uolens in aqua
misisti ut morereris. illi te nolentem de aqua leuauerunt
ne moreris. Tu fecisti secundum uoluntatem tuam. sed in p
nicie tua. illi contra uoluntatem tuam. sed propter salu
tem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est.
ut etiam in nolentib: abeis qui eos diligunt seruetur. quanto
magis illa spiritalis in cuius de se ductione mors aeterna metuitur.
Quamquam in ista morte. quam tibi tu ipse inferre uoluisti.
Non solum ad tempus. sed etiam in aeternum morereris.
Quia et si non ad salutem. Non ad ecclesiae pacem.